

28

THESES  
EX  
**PHILOSOPHIA  
MORALI,**  
SUM MO FAVENTE NUMINE,  
EXCELLENTISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE  
CONSENTIENTE ET APPROBANTE,  
PRÆSIDE

**M. HIOBO FIDEJUSTO**

Häusern / P. L. C.

*Publico Eruditorum Examini*

*concessa*

IN ACROATERIO,

QVI LoCVs eX Voto DatVs, Ut MVfas VeneretVr,

Publicè Respondendo

*Præstantissimus atquè Per Doctus*

**DN. CHRISTIANUS Scherstädt/**

Erfurtensis,

Die 5. Februarij,

*Horis corfvetis ventilabuntur.*

ERFORDIAE,

Excudebat JOH. HENR. GROSCH / Acad. Typogr.



## PRÆFAMEN.

L. S!

**T**ria Specimina eadem brevitate sunt expectanda. Ut  
L. B. dextrè judicet, cursum Philosophicum hactenus  
continuatum, & brevi temporis spatiò prorsus absolvendū,  
etiam habeat, quò probet, quidam Dominorum auditōrum  
in isto Collegio Parsopibico promissum brevitatis usum,  
non levido, sed candido exponere Letori B.C.D. constituerunt.

TH. I.

**F**elicitas humana non est ipsa Beatus, non  
Summum Bonum, sed finis hominis ita, ut hic sit  
illa, & illa hic: Beatus enim est omnium bono-  
rum, quæ homini tamen quoad animam, quam  
quoad corpus & fortunam sunt necessaria ad benē  
vivendum, complexio. Summum Bonum dici-  
tur ipsa virtus. Finis est ipsa virtutum actio.

TH. II.

Felicitas humana est ipsa operatio animi per ra-  
tionem, aut non sine ratione secundum virtutem o-  
ptimam in vita perfecta animi voluptatem con-  
junctam habens.

TH. III.

Corporis voluptatem ex Ethica rejectam volu-  
mus tanquam felicitatis humanæ consequens, quod  
ab alijs dicitur conscientia bona, quæ est actus  
judi-

judicialis, quā intellectus practicus, secundum leges naturae præcipue actiones vita perpetratas examinans, nihil invenit, quod accusatione, multo minus pœnā dignum sit, sed potius quod recti sibi conscientia, humanā animi voluptate ac tranquillitate fruatur. E contrario corporis voluptati aliquis dolor semper datur admixtus. Necesitatem consequiæ concessam innuere videbimus afferentes, quod corporis voluptates quædam sint, quæ vel ad corporis sustentationem, vel lobolis procreationem spectantes, nō omni careant necessitate, e.g. Si homo hominem generat, sentiet voluptatem corporis. Si homo generoso potu & cibō alitur, corporis voluptate gaudebit. In hisce duobus exemplis antecedentis & consequentis contingentiam offendimus licitam, ut meritò talem necesitatem consequiæ eatenus probare possumus, quatenus homines recte rationi non refragantur & mensuram non transgreduntur.

TH. IV.

Voluptas animi, quæ sano sensu audit conscientia bona, non respondet tanquam terminis synonymous conscientiæ (1) rectæ, quæ id faciendum aut omittendum dictitat, quod omnino faciendum aut omittedum est juxta legem naturæ ac divinam. Nec (2) erroneæ, quæ dictitat id, quod facien-

ciendum non est. Nec (3) Dubia, quæ ad neutram partem se determinat. Nec (4) Probabili, quæ nititur fundamento probabili cum aliqua formidine oppositi. Nec illi, quam nonnulli addunt, (5) conscientiæ scrupulosæ respondet, quæ uniuscuiusdem parti inhæret sed cum anxietate levi fundamento innixa. Potius igitur, quemadmodum horum æquivocatorum æquivocans est prius actione, circa rem & legem ita versans, ut, si res agibilis habet conformitatem cum lege, dicitur eam esse agendum, sin disformitatem, eam esse omittendam; ita conscientia bona erit, quæ deum bonam sequitur actionem, solatur & exhilarat.

TH. V.

Quamcunque corporis voluptatem eligimus, illa, si evanuit, aliquid animali detrahendo dolorem remittet, quamvis aliquid addere videatur; e.g. cibus ab omnibus ferè imperitis creditur animali aliquid ponderis addere, sed experientia probat contrarium, quod facile posset demonstrari, nisi Theses ex Philosophia Naturali propediem ventilandæ hoc objectum sibi vindicarent.



5i 2149

ULB Halle  
002 410 087


3




56.

V218

VOMA





THESES  
EX  
**PHILOSOPHIA**  
**MORALI,**  
SUM MO FAVENTE NUMINE,  
EXCELLENTISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE  
CONSENTIENTE ET APPROBANTE,  
PRÆSIDE  
**M. HIOBO FIDEJUSTO**  
**Häusern / P. L. C.**  
Publico Eruditorum Examini  
concessa  
IN ACROATERIO,  
QVI LoCVs eX Voto DatVs, Ut MVfas Veneret Vr.  
Publicè Respondendo  
Prestantissimus atquè Per-Doctus  
DN. CHRISTIANUS Sierstädt/

DN. CHRISTIANUS Eberstädte.

Erfurtensis;

Die 5. Februarij.

*orvetis ventila*

३८५

# WORCESTER CATHEDRAL LIBRARY

HENR. Gro

42 J. S. WILSON

ERFURDIA,  
WENDE Gräsch / Acad. Typen

H. HENR. Gru

卷之三